TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0249

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

N. Joppi
249

Statuta antiqua
Capituli Sancti Petri de Carnea

S. Pietro in Cargna

Dal necrologio di S. Pietro del secolo XIV con altre pergamene nel Museo Civ. di Udine.

Sec. XII. Sabida [illegible] apud S. Danielem de Palucia.

Nel secolo XIV [illegible] nella chiesa suddetta di S. Pietro, gli altari

Statuta Capituli S. Petri de Carnea.

~~Saeculo XV~~

Cod. membr. in 8vo del secolo XV

Statuta Cap. S. Petri de Carnea

Cod. cart. in 16mo del secolo XVII copia dell'antecedente e unito.

S. Pietro in Carnia

Dal necrologio di S. Pietro del

secolo XIV comunicatomi per Mareschi Cav. d'Udine.

Sec. XIV. Sabida Colettonita apud S. Danielem de Palusia.

Nel secolo XIV esistevano nella chiesa suddetta di S. Pietro, gli Altari di S. Pietro, di S. Michele e quello di S. Antonio della Fraterna di S. Pietro e quello di S. Maria.

XVIII ad kal. octobris (14 settembre) Dedicatio Eccl[esi]ae S. Michaelis de Alzeris (?).

IV ad kal. Aprilis (30 marzo) Girardus de Julio legavit denarios octo (Eccl[esi]ae S. Petri) in suo anniversario faciendo, domus que vocantur Basilia in Julio.

IV nonas Augusti (10 agosto) Dedicatio Capellarum S. Mariae et S. Michaelis.

Preposito di S. Pietro di Carnia

Ducale 1549. 15 Luglio.

Vacante la Prepositura di S. Pietro in Carnia rinunziata dal Rev.do Antonio Grimani, viene data al Dottore Francesco Macasola.

MSSo Ducali vol 21 Arch.o dei Frari Venezia

20. Che per ogni maggior decenza, e per verità mandato da alcun Can.co impedito di giusto, e legitimo impedim.to dal R.do Capitolo approbato, qual Sacerdote per supplir il suo obligo, non possa, ne debba andar con Cotta, manco sentar nella sedia, e luoco del suo mandante, ne servire come Diacono, ò Subdiacono alla Messa solenne, quali servir debbono li Can.ci Attuali coli apparati, e non altri, come sempre praticato nelli tre giorni solenni d'obligo de Canonici

Che non si possa adunare à far Capitolo fuori della Prepositura, come propria Dittione, e mentre fosse fatto alcuna cosa importante, come Canonico, od alcuna terminat.ne, decreto, ò altro importante, resti ipso facto nullo, salvo legitimo impedimento, e cau.a necessaria conosciuta, e approbata prima in pieno Capitolo pro e à vice tantum, e in fatto particolare.

Che considerato in meglio il Cap.o ii del Statutario stante che dal quale non fà residenza il Mons.r Preposito alla Prepositura, ne anco nella Carnia, e tal volta il suo V.e Preposito non è Canonico, e li contingenti bisogni, la sua prepotenza di Sed.te: Sia perciò riformato d.o Cap.lo, e decreto, che il R.do Capitolo habbi l'incumbenza, e à q.llo s'aspetti in tutte le parti la provid.za e non altramente al Vice Preposito.

Attestiamo Noi sottoscritti, che per vertù del statuto nro al Cap.° 10. che qualunq. de Can.ci che mancasse di questa vita avanti le Feste di sant'Ermacora, e Fortunato li frutti, e rendite entrano alli S.ti Can.ci e Cap.° che sopravivono, et come in quello, con tenor à nro ricordo inviolabilm.te esser esseguito, et ultimam.te che passò da questa all'altra miglior vita il q. S.r Can.co Jacotti li 10 Giugno 1696 esser stata divisa dalli Can.ci sopraviventi la parte toccava alli Eredi S.ri Testamentarij del q. sud.o S.r Can.co Jacotti.

Dat. die 26 7embris 1696.

Io P. Fran.co Ponte Ca.co affermo à quanto di sopra

Io D. Giuliano Giuliani Can.co affermo ut supra.

Statuta Venerabilis Capituli Sancti PETRI de Carnea.

Ad honorem et Laudem Omnipotentis Dei, et eius Gloriosę Genitricis Semper Virginis Mariæ, ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, totiusq; Cęlestis Curiæ Amen.

Quoniam ut ait Apostolorum Princeps, Regni Cęlestis Claviger, Beatus Petrus Apostolus in sua Canonica epistola, Carissimi estote prudentes, et Vigilate in orationibus ante omnia in vobis Caritatem continuam habentes, quia Caritas operit Multitudinem peccatorum. Et Beatus Paulus eundem Principem virtutibus et sacram Doctrinam sequens ad Corinthios: sic ait, fratres si linguis hominum loquar, et Angelorum Caritatem autem non habeam factus sum velut es sonans aut Cymbalum tiniens etc. et quia per Caritatem perfectam sacra observatur obedientia, vera amatur Iustitia, et ab IESU CHRISTO Dño Nro vera impetratur peccatorum remissio, ac sempiterna gratia: Ergo Benignissime Pater, et Dñe te devotissime deprecamur, ut hoc Collegium Ecclesię sancti Petri Apostoli tui tuę Benignissimę gratię sit recomissum eiusq; gratiam tuę bene=

dictionis

dictionis clementer infunde, dexteramque tuae Maies:
tatis super illud potenter extende. Et ad Reve:
rentiam cui scimine nostris fac, quae in hoc pnti ope in:
scriptis iuste et rationabiliter continentur digne, et lau:
dabiliter observare. Et ad perpetuam rei memoriam, et
conservationem, informationem, et declarationem
iurium et bonorum consuetudinum Venerabilium Virorum
Dominorum. Prepositi Canonicorum, et Capituli Colle:
giatae Ecclesiae Sancti Petri in Carnea Aquilegiensis
Dioecesis

Infrascripta sunt statuta, et ordinamenta in ipso Collegio habita, firmata stabilita, servata, et perpetuis temporibus observanda

In primis super electione, et provisione novi Prepositi in dicta Collegiata ecclesia eligendi, quia quocunque Beneficium Prepositure ipsius Collegiate Ecclesie vacare contingerit. Electio, Promotio, Institutio, et Provisio predicti Prepositi ad prefatos Dominos Canonicos, et Capitulum eiusdem Collegiate Ecclesie de Iure et Antiqua consuetudine spectat, et pertinet, ac dignoscitur pertinere super qua vero electione, debite, et ordinate agenda talis modus observetur, officialis, et Gastaldio, qui in ipso Collegio fuerit pro tempore deputatus, non longa dierum mora sed cum debita diligentia omnes dicti Collegii Canonicos per litteras suas convocet, requirat, et convitet ad Capitulum in ipsa Principali Ecclesia die et hora debitis sub pena connecta quatenus presentialiter studeant, et debeant adesse ad providendum, et disponendum super ipsa electione.

Et cum supradicti Dni Canonici ad prelibatam eccle:
siam personaliter convenerint si hora fuerit habilius
Celebret Missa de Sancto Spiritu cum Commemoratione
Beatæ MARIÆ, et Beator. Apostolorum Petri, et Pauli,
et quod quilibet Canonicus induat et ponat Cappam,
vel Chorum qua Completa omnes Domini Canonici
flexis genib. dicant Hymnum Veni Creator Spiritus
usq. ad finem cum vers. Emitte Spiritum tuum R. et re:
novabis faciem terræ. Oratio. Deus cui omne cor pa:
tet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet se:
cretum purifica per infusionem Sancti Spiritus cogita:
tiones cordis nri. ut te perfecte diligere, et digne lau:
dare Mereamur. Per Dominum nrum Iesum Christum &
Deinde pulsetur Campanella trina vice postea vadant et
intrent Sacristiam In noie Domini ad ipsam elec:
tionem ordinate peragendam.
Tunc officialis seu Gastaldio dicti Capituli videat
si omnes Dni Canonici personaliter presentes sint,
et si aliquis ex ipsis Dnis Canonicis est absens
condemnetur per ipsos Dnos Canonicos presentes, pro
ut ipsis videbitur fore licitum, et honestum, nisi

fuerit legitima, et iusta causa excusatus de Inobedientia, et contumatia quæ omnia præfatus dictus officialis notet, pro ut per ipsos Dominos Canonicos determinandum, et difinitum fuerit. Et hoc faciet in scriptis.

Item quod præfacti Dni Canonici præsentes debeant in loco eius designato tempore electionis, et promocionis ipsius facti prædictorum Canonicorum, et prebendarum sedere pro ut Iura Mandant quilibet in talibus actibus et solemnitatibus ac electionibus tamquam Iudex Assessor Preses, et Consul sedere debet. Deinde dictus officialis proponat causam ipsius Convocationis Dominis Canonicis. Et primo Interrogat Antiquiorem Canonicum, quia Vacante præpositura Idem

Canon. Antiquior vices gerat Prepti. Antiquior Canonicus debet vices gerere præpositi usque ad provisionem, et electionem veri, et novi Prepositi. Et quod iuxta conscientiam suam declaret, et dicat quem pro Utilitate, Honore, Melioratione, statu bono, et unium conservatione prædictæ Ecclesiæ, et Canonicorum, et Capituli eliget in Prepositum ipsius Collegiatæ Ecclesiæ, et sic dicendum et vocem eiusdem antiquioris Canonici notet in scriptis et per eundem Modum, et formam su=

cernere, et ordinare. Interroget omnes alios Dnos Canonicos ibidem pntes, et dicta eorum, et voces notet in scriptura non etiam dictus officialis dicat et declaret intentionem vocis suae. Quibus omnibus sic factis observetur, et adimpleat quod à maiori parte dictorum Dominorum Canonicorum fuerit in Dno definitum, et determinatum.

3 Item quod Statius Dominus Prepositus per ipsos Dominos Canonicos, et Capitulum noviter Electus volet acceptare ipsius Beneficij possessionem priusquam per dictos Dnos Canonicos, et Capitulum de ipso Beneficio detur, et assignetur sibi possessio in manibus dicti Antiquioris Canonici, vel dicti officialis tactis sacris scripturis per sacramentum Iuret atque promittat observare, facere, et adimplere omnia infrascta &.

Primo et ante omnia ipsam Principalem Ecclesiam, ac alias Ecclesias, et Capellas sibi subditas, et subiectas iuxta statum et gradum earum bene sufficienter, et honorabile tractare. Et quod personalem residentiam apud eandem principalem ecclesiam faciet, vel ponet ibidem unum ex

Vic. Prep. sit Can.cus ipsis Dominis Canonicis qui loco, et vice sui faciet debitum suum. Et si nullus ex ipsis Dominis Canonicis

vellet ille residere tunc ponat ibi Sacerdotem secu=
larem, sufficientem, et honestum, qui in Divino officio sit
expertus, et ad Curam, ac regimen animarũ in ipso
Beneficio sit sollicitus, et attentus.

4 Item quod ipsos Dominos Canonicos Confratres suos p̃ntes,
et futuros bene, et honeste tractabit, amabit et hono=
rabit, ac Iura, et consuetudines, statuta, et ordinamenta
in ipso Collegio habita, et firmata, observabit, et adim=
plebit. Et quod nullam inouationem, uiolentiã, moles=
4 tiã, seu grauamen contra eos, vel eorũ quemlibet fa=
ciet vel mouebit, silicet eosdem tanquã veros Confratres,
et Canonicos bene et diligenter tractabit. Et p̃ similem
modũ, et formam ipsi Dñi Canonici cũ omni debita re=
uerentia, et effecta dilectione Omnes p̃dicti Domini
Canonici Vnanimiter p̃fato Dño Preposito per sacra=
mentum promittant fidelitatem cũ honore, et felici statu
p̃dictę Ecclię ac ipsorũ Dnorũ Canonicorũ. Et hoc faci=
ant cum scincerę Pacis osculo, et perfectę Caritatis
Vinculo.

5 Item quod solvat Medietatem omnium Collectarum, et Impositionum, et aliam Medietatem solvant ipsi Domini Canonici.

6 Item quod Ministeriales Vasalli, Feudales Coloni, Massarii et habitatores praefatae Collegiatae Ecclesiae facientes adimplentes, et solventes debitum eorum ipsos in statu eorum libere conservabit.

Si vero aliquis ex ipsis rebellis, et inobedientes fuerit et recusans facere debitum contra eum, vel eos aget cum consilio, deliberatione et consensu praedictorum Dominorum Canonicorum confratrum suorum, et ipsum vel ipsos constringat, ut debitum eorum integraliter faciant, et adimpleant.

Quibus omnibus sic peractis per ipsum Venerabilem Virum Dominum Praepositum novum ut superius promissum est. Tunc dentur sibi claves Maioris Januae antedictae Collegiatae Ecclesiae, in signum vere tenutae, et corporalis possessionis. Deinde assignetur sibi scallum in Choro, et locus in Capitulo propinando sibi panem, et Vinum, et secum ipsi Domini Canonici Confratres sui de ipso pane, et vino, ut moris participando secum.

Postea vero ipsi Dñi Canonici Confratres sui ducant dictum Dominum Prepositum ad Altare Maius à dextro cornu Altaris, et dent sibi de pannis ipsius Altaris in Manib⁹ suis. Et cantent Te Deum Laudamus usq; ad finem. Similiter pulsent Campane, Quo Completo vnus ex ipsis Dominis Canonicis dicat V. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu, R. Laudemus, et super exaltemus eum in secula. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus qui dedisti famulis tuis in Confessione vere fidei eterne Trinitatis gloriam agnoscere. Et in potentia Maiestatis adorare Vnitatem; qua sumus, ut eiusdem fidei firmitate, ab omnib⁹ semper muniamur aduersis. Per CHRISTUM DÑUM NRUM.

7 Item super electione noui Canonici cum in ipso Collegio contingerit fieri obseruetur similis Modus in Conuocatione ad Capitulum ipsos Dominos Canonicos in dicta Ecclia per officialem, qui tunc temporis in ipso Capitulo erit deputatus ut superius permissum est super electione Prepositi noui, et secundum gradum, statum et dignitatem interroget prout ipsis Dominis Canonicis uidebitur fore oportunum, licitum, et honestum.

66 Item quod nullus eligatur in Canonicum ad ipsos Canonicatum, et Prebendam sic tunc uacantes nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus, et tante etatis, et industrie, ac sufficientie, quod infra annum à die promotionis, et electionis dictorum Canonicatus, et Prebende faciet se promouere ad Sacerdotium, quod si idem Canonicus, sic nouiter electus non faceret, nec adimpleret quod dicta ipsa electio, et promocio sit totaliter irrita, cassa, uana, et nullius penitus ualoris. Et hec omnia promittat per sacramentum Idem nouiter electus super Altare Maius ipsius Collegiate Ecclesie agere, obseruare, et totaliter adimplere.

9 Item si idem nouus Canonicus per potentiam, maliciam, et arrogantiam in contemptum dictorum Dominorum Canonicorum, et Capituli predicti uellet per uim obtinere dictos Canonicatum, et prebendam, et nollet attendere ad implere omnia per eum supra ipsa electione sibi facta, promissa cadet in penam Ducatorum Viginti quinque cuius pene medietas deuenire debeat Camere Patriarchali Aquilegensi et alia medietas ad fabricam dicte Collegiate Ecclesie et quod idem tamquam inobediens, pertinax, contumax, rebellis, et Petra scandali totaliter abiciatur et ab ipso Beneficio

renoueatur, et alius faciens debitum suum, et adimplens in locum suum ad dictos Canonicatum, et Prebendam eligatur, et instituatur.

10 Item si quis dicte Collegiate Ecclesie Canonicus ab hoc seculo migrauerit ante Festum sanctorum Hermachore, et fortunati affictus, Fructus, et Prouentus deuenire debeant ipsis Dominis Canonicis, et Capitulo. Si uero post predictum Festum migrauerit, predicti affictus, redditus, et Prouentus ipsi Canonico, uel cui seu quibus ordinare, et dare uoluerit liberaliter deuenire debent secundum eiusdem Canonici dispositionem, et uoluntatem.

11 Item per similem modum, et formam si aliquis Canonicus dicte Collegiate Ecclesie ab hoc seculo migrauerit ante festum sancti Michaelis Archangeli quod est penultima die Mensis Septembris deueniant Affictus, Fructus, Redditus, et Prouentus Vine, Bladorum Minutorum, et aliorum, ut moris tunc temporis exigendorum ipsis Dominis Canonicis. Si uero post predictum Festum Migrauerit, in eiusdem Domini Canonici dispositione, et Voluntate permanent ut superius permissum est.

12 Item quod idem Canonicus noviter electus nihil perci:
piat de fructib. et affectibus primi Ani dicte sue pro:
mocionis, tamen de oblacionibus pervenientibus in fes:
tivitatib. deputatis si fuerit presens hora debita in
Divinis officis, percipiat partem suā, ut alij Domini
Canonici presentes

13 Item quandocunq. officialis, seu Gastaldio predicti Capituli
volet convocare Dominos Canonicos ad Capitulū ~~apud~~
convocet eosdem ad Capitulum apud Ecclesiam Prin:
cipalem, vel in alio Loco habili, et honesto secundum
cursum temporis, ut possint comodius convenire consi:
derando etiā distantiam locorū Dnorū Canonicorū in
Contrata Carnee residentiū, et quod ipse officialis habeat
in scriptis que vult proponere, et secundam diffinitionē
ibidem factam, notet in scriptis, et executioni Mandet,
quod si non posset bene fragere predicta diffinita, tunc
in primo Capitulo ipsis Dominis Canonicis referat causā,
et iuxta eorū intentionem, et deliberationem sic faciet.
Et si aliquis ex ipsis Dominis Canonicis ~~convocatus~~ ad ipsū
Capitulum convocatus non venerit, vel excusationem
debitā non fecerit, cadat in penā ꝑ qualibet vice ꝑ
ut moris est fieri in alijs Capitulis.

Item si aliquis ex ipsis Dominis Canonicis conuocatus ad
14 Capitulum uenerit, et non steterit ad complementum, et usque
ad debitam diffinitionem, uel sua propria uoluntate
recesserit absque debita licentia omnium Dominorum Canoni:
corum uel maioris partis cadat in penam ac si non uenisset,
quia non dicitur uenisse qui non stetit.

Item quod predictus officialis uel Gastaldio nul:
15 lam litteram seu litteras sigillet sigillo Capitu-
li absque licentia et uoluntate omnium Dominorum
Canonicorum confratrum suorum, uel maioris partis ipsorum.
Et si quam uel quas literas sigillabit cum ipso sigillo notet
in scriptis in suo registro uel quaterno, et cui uel quibus
sigillauit et causam quare fecit; hoc autem fiat ad cautelam
propter aliquorum notitiam.

Item quod nullus ex ipsis Dominis Canonicis dum conuene:
16 rit ad locum deputatum in Capitulo. R. post propositionem
factam per officialem supradictum interrumpat dictum al:
terius, sed cum interrogatus fuerit, dicat et respondeat matu:

et ordinate, si secus et in contrarium aliquis ipsorum fecerit cadat in penam pro qualibet vice Solid. viij.

Item sunt apud Camerarios, tam ipsarum Collegiatarum Ecclesie quam aliarum sibi subditarum Ecclesiarum plura Privilegia Auctoritatum, et Indulgentiarum per Rev.mos Pontifices, et Dnos episcopos ipsis Ecclesijs concessa, que quidem Indulgentie, Privilegia sunt quasi, et tamquam thesaurus absconditus. Et ideo ad honorem debitum, et felicem statum ipsius Ecclesie, et sibi subditarum Ecclesiarum, ac ad augumentum Devotionis Domini Nostri IESV CHRISTI, fidelium ad eandem Ecclesiam, et ad alias Ecclesias sibi subditas devote convenientium, et concurrentium, scribantur recte, et in bona forma earundem effectus Indulgentiarum, tamquam lucerna super Candelabrum posita, et non sub Modio abscondita ad hoc quod volentibus legere, et intelligere, lucide appareat.

18 Item ordinatum stabilitum habitum de Iure, et antiqua consuetudine in ipso Collegio observatum, et determinatum est, et fuit, quod si aliquis ex ipsis Dominis Canonicis dicti Collegij extra Cameratam Carnem permanserit Domicilio, vel Beneficio de fructibus affectis, et redditibus non percipiat,

ut percipiunt alij Domini Canonici confratres eius in contrata Carnee residentes, scilicet propter debitum honoris tituli sui dictorum Canonicatus, et Prebendae habeat, et percipiat ab ipsis Dominis Canonicis confratribus suis, et Capitulo Annuatim quatuor libras solidorum vel unum Accipitrem, quas vero quatuor libras solidorum vel ipsum Accipitrem, Officialis, seu Gastaldio qui fuerit pro tempore in ipso Collegio deputatus vice, et nomine dictorum Dominorum Canonicorum, et Capituli, teneatur, et debeat dare ipsi Domino Canonico vel eius speciali nuncio singulis annis in festo Vinculorum sancti Petri Apostoli prelibati Collegij Patrone. Hoc tamen addito quod si idem Dominus Canonicus extra Contratam Carnee residens in solemnitatibus deputatis vel aliqua ipsarum insimul cum alijs Dominis Canonicis Confratribus suis personaliter fuerit in Ecclesia hora debita ad Divina officia peragenda, et gaudeat, et quod percipiat partem suam cum ipsis Dominis Canonicis Confratribus suis de ipsis quae in illis sollemnitatibus ipsis Domini Canonicis, et Capitulo perveniunt.

19 Item quod singulis annis dictis Vesperis in festo Vinculorum Beati Petri Apostoli, Officialis

seu Gastaldio dicti Capituli conuocet ipsos D.nos
Canonicos Confratres suos ad Capitulum, et ibi eli=
gat nouus Officialis, et Gastaldio pro Anno tunc
immediate futuro. Et in crastinu[m] v[idelicet] secunda die
mensis Augusti Officialis, uel Gastaldio qui fuit
pro anno tunc proxime preterito si habet in prom=
ptu facere rationem administrationis suę, faciat,
si uero non habuerit, designet per ipsos Dominos Ca=
nonicos dies eiusdem, et locum quod infra dictum
mensem Augusti faciat rationem administrationis suę

Item quod quilibet Officialis, seu Gastaldio eiusde[m]
20 Capituli habeat, et percipiat ab ipsis Dominis Canoni=
cis et Capitulo pro premio, et mercede sui laboris
dictę administrationis Unam Marcam denar[iorum], Duo staria
frumenti Duo staria surgi, Duo staria Milleij, et du=
plicem oblationem in dicto Festo Vinculoru[m] S. Pecuni=
aru[m] [illegible], et Candelaru[m]. Nec etia[m] pro qualibet
t haberna in dicto festo existent[e] exigat duo Vitros Vini,
et grossum unu[m], Vinu[m] uero p[re]dicti Domini Canonici in=
simul sumant denar[ios] in utilitatem Capituli uertant[ur],

et vitra predicta Officialis habeat.

Item super Placito Christianitatis, quod fit per prefatum
21 Dnum Prepositum, vel eius Vicesgerentem, quod solet fieri, et celebrari singulis annis in dicto Canali immediate post Festum Epyphanie, vz. vna die in Plans, et in crastino in Palutia supradictus Dnus Prepositus, vel eius Vices gerens teneatur, et debeat dare cuilibet ipsius Collegij Canonico qui interfuerit in dicto Placito, vnum starium ordei in Plans, et vnum starium in Palucia, et facere expensas illis duobus diebus dictis Dnis Canonicis.

Item quod Officialis predictus, qui pro tempore fuerit nomine
22 dicti Capli ex officio suo debeat dare cuilibet Homini portanti multos Caseos in Festo Veneulorum duos soldos, et unum haustum uini. Et hec soluere tangit Dnum Prepositum pro medietate, et dictos Dnos Canonicos pro alia Medietate.

Item quod nullus ex ipsis Dnis Canonicis sit tante temeritatis
23 et audatie ac presumptionis quod secreta ipsorum Dnorum Canonicorum, et Capituli alicui reuelet detegat, nisi de voluntate ipsorum Dnorum Canonicorum. Quod si aliquis ex ipsis

Dominis Canonicis detegerit, et in contrarium fecerit ~~videbitur fore licitum, iustum, et honestum Iuridicum~~. grauiter pu=nietur, prout ipsis Dnis Canonicis. uidebitur fore licitum, iustum, et honestum ac Iuridicum.

24 Item si aliqua contentio, uel dissensio, aut lis ex improuidentia esset inter aliquos ex ipsius Collegij Dnos Canonicos, Officiales et Castaldio ipsius Capituli, qui pro tempore fue=rit conuocet dictos Dnos Canonicos uniuersa=liter ad Capitulum, eisq; referat causam et ca=sum. Et tunc ibidem prefati Dni Canonici proui=deant super ipsa contentione uel lite, et prout deliberabunt, ab ipsis Dnis Canonicis conten=dentibus totaliter obseruetur et adimpleatur. Et sub poena hec omnia fiant per Capitulum ad placitum imponenda.

Contentione termi nentur à Capitulo

25 Item si aliquis ex ipso Collegio Dnus Canonic. in Canali, uel Ecclesia Principali dicte Prepositure residens, ab hoc seculo migrauerit, propter debitum, et honorem uere Confraternitatis, omnes Domini Canonici dicti Collegij existentes in Contrata Carnee conueniant per offi=cialem dicti Capituli ad exequias, et Diuina officia cele=

branda pro ipso Canonico defuncto V3. ad locum ubi
corpus eius sepulture tradet et. si dicte sepulture
commode adesse non possunt saltem in die septimo,
et trigesimo adsint, et Diuina celebrent.

Et per similem modum si aliquis ex dicto Collegio Canonic.
in Contrata Carnee residens ab hoc seculo decesserit,
omnes Domini Canonici dicti Collegij in ipsa Contrata
Carnee permanentes conueniant ad ipsius defuncti fu:
nus uel saltem alijs duob. dieb. V3 septimo, et tri:
gesimo ad Diuina officia celebranda.

Item si aliquis ex dicto Collegio Canonicus extra Con:
26 tratam Carnee residens ab hoc seculo decesserit, Of:
ficialis dicti Capituli, qui tunc pro tempore fuerit
conuocet similiter omnes Dnos Canonicos ipsius Col:
legij ad dictam Principalem Ecclesiam Collegiatam, qui
ibidem Missas, et Diuina Officia celebrent pro ipso
Defuncto Canonico, et omnib. benefactorib., ac fide:
libus defunctis, et quod per Dominos Canonicos in

ipsi Canali residentes in Ecclesijs eorum publicè denuncietur populo ad hoc quod deuotè conueniant.

Producta coram Rmo D. P. Episcopo Balneoregien. Patriarcatus Aquileien. Gubernatori Generali die xxij Martij M.CCCCLxxxi.

Coram Rmo D. Cardinali Grimano Patriarcha Aquilei. producta die 20 Augusti 1503.

Coram Illmo, et Rmo DD. Ioanne Delphino Patriarcha Aquileiensi etc. producta die 29 7mbris 1662 per ad. RR. DD. Iosephum Iacotum, ac Iulianum de Iulianis Canonicos Sti Petri de Carnea.

Thomas Fabricius Canc.
Patriarchalis Aquilegien.

Suprascripta omnia fideliter ex libro sacrarum Rmi Capli Sti Petri de Carnia in membrana descripta fideliter eduxit in quorum fidem se subscripsit, et sigillo proprio muniuit Petrus Ioannes Iacotus Ap. V. A. Nots.

1614 adi 28 Settembre. Fatto in la Collegiata
Chiesa di Santo Pietro di i monti di Cargna
Doue si ritrouorno congregati in uno gl'infratti
m.to Ill.ri et m.to R.di Mons.ri Preposito et Canoni=
ci della sudetta Coll.ta Chiesa di Santo Pietro de i
monti pred.ti Vz Monsig.r Gio: Batta Hermano Pre=
posito, Mons.r Tomaso Bartholino, Placido Quintiliano,
Iosefo Fabris, Antonio Cerra, Iosefo Deciano Iosefo
Michis, Valentino Michis, et Leonardo Rumicio Can.ci tra
li quali Mons.r Bartholino uno de predetti R.di Mons.ri
pose parte in detto Capitolo, che per l'aduenire non si possa ni
proporre, accettare, ò balotare alcuno sacerdote qual ha=
biti di là del fiume della Fella, ne tanto poco alcuno sa=
cerdote Forastiero possia succedere in alcuno Canonicato,
ò Prebenda uaccante se non sarà in Cargna inuestito in
qual che Beneficio in uita. Et caso che succedesse che fusse
in uita di Beneficio inuestito, uolendosi da quello par=
tire per andar altroue à beneficiare, sia tenuto quel
tale subito à renunciare il Canonicato, ò Prebenda,
che hauesse riceuuto in mano del R.do Capitolo, et man

cando

cando ciò effettuare s'intenda discaduto d'ogni gratia, et fauore che hauesse, et hauer potesse in detto R.do Capitolo. La qual parte fù diligentam.te considerata da i sud.ti M.ci Mons.ri à tutti i uoti accettata, et decretata inuiolabilm.te douersi osseruare

Vinc.o Micris Cancelliero, et R.do scritto